

RITUALE ROMANUM

TITULUS II -- CAPUT 2

ORDO BAPTISMI PARVULORUM

Sacerdos interrogat infantem (si plures sint baptizandi, singulariter singulos):

N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

Patrinus respondet: Fidem.

Sacerdos: Fides, quid tibi praestat?

Patrinus respondet: Vitam aeternam.

2. Sacerdos (etiam singulariter singulis):

Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut teipsum.

3. Deinde ter exsufflat leniter in faciem infantis, et dicit semel (singulariter singulis):

Exi ab eo (ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paraclito.

4. Postea pollice facit signum crucis in fronte, et in pectore infantis, dicens (singulariter singulis):

Accipe signum Crucis tam in frons + te, quam in cor + de, sume fidem caelestium praeceptorum: et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Pro uno vel una

Orémus. Oratio

Preces nostras, quaesumus, Domine, clementer exaudi: et hunc electum tuum N. (hanc electam tuam N.) crucis Domínicae impressiône signatum (signatam) perpétua virtúte custódi: ut magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiám mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Pro pluribus

Orémus. Oratio

Preces nostras, quaesumus, Domine, clementer exaudi; et hos electos tuos (si feminae tantum adsint has electas tuas) N. et N. crucis Domínicae impressiône signatos (signatas) perpétua virtúte custódi: ut magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servantes, per custódiám mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereantur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

5. Deinde imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

Pro uno vel una

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) quem (quam) ad rudiménta fidei vocáre dignátus es; omnem caecitátem cordis ab eo (ea) expélle; dirúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (colligáta); áperi ei, Domine, jánuam pietátis tuæ, ut signo sapiéntiæ tuæ imbútus (imbúta), ómnium cupiditátum fetóribus cáreat, et ad suávem odórem praeceptorum tuórum lætus (læta) tibi in Ecclesia tua desérviat, et proficiat de die in diem. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Pro pluribus

Orémus. Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hos famulos tuos N. et N. (has famulas tuas N. et N.) quos (quas) ad rudiménta fidei vocáre dignátus es; omnem caecitátem cordis ab eis expélle; dirúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerant colligáti (colligátæ); áperi eis, Domine, jánuam pietátis tuæ, ut signo sapiéntiæ tuæ imbúti (imbútæ) ómnium cupiditátum fetóribus cáreant, et ad suávem odórem praeceptorum tuórum læti

(lætæ) tibi in Ecclesiâ tua deserviant et proficiant de die in diem. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

6. **Deinde Sacerdos benedicit sal, quod semel benedictum alias ad eumdem usum deservire potest.**

Benedictio salis

Exorcizo te, creatúra salis, in nómine Dei + Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Jesu + Christi, et in virtúte Spíritus + Sancti. Exorcizo te per Deum + vivum, per Deum + verum, per Deum + sanctum, per Deum + qui te ad tutelam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépit, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sancti + fices, et benedicéndo bene + dicas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicina, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

7. **Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis, dicens (singulariter singulis):**

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiátió sit tibi in vitam ætérrnam. **R.** Amen.

Sacerdos: Pax tecum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Pro uno vel una

Orémus. **Oratio**

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplíces exorámus, ut hunc fámulum tuum **N.** (hanc fámulam tuam **N.**) respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleátur cælésti, quátenus sit semper spírítu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérvíens. Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérrna præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Exorcizo te, immúnde spírítus, in nómine Pa + tris, et Fí + lii, et Spíritus + Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei **N.:** Ipse enim tibi imperat, maledícite damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti dexteram porréxit.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spírítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei **N.,** quia istum (istam) sibi Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

Pro pluribus

Orémus. **Oratio**

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplíces exorámus, ut hos fámulos tuos **N.** et **N.** (has fámulas tuas **N.** et **N.**) respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántes, non diútius esuríre permíttas quo minus cibo expleántur cælésti, quátenus sint semper spírítu fervétes, spe gaudétes, tuo semper nómini serviétes. Perduc eos (eas) Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérrna præmia cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Exorcizo te, immúnde spírítus, in nómine Pa + tris, et Fí + lii, et Spíritus + Sancti, ut éxeas, et recédas ab his fámulis (fámulábus) Dei **N.** et **N.:** Ipse enim tibi imperat, maledícite damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti dexteram porréxit.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spírítui Sancto, et recéde ab his fámulis (fámulábus) Dei **N.** et **N.,** quia istos (istas) sibi Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

8. **Hic pollice in fronte signat infantem, dicens (singulariter singulis):**

Et hoc signum sanctæ Cru + cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam áudeas violáre. Per eumdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

9. **Mox imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:**

Pro uno vel una

Orémus. **Oratio**

Aetérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum **N.** (hanc fámulam tuam **N.**) ut dignéris eum (**eam**) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (**eam**) et sanctífica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (**digna**) grátia Baptísmi tui efféctus (**effécta**), téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro pluribus

Orémus. **Oratio**

Aetérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hos fámulos tuos **N.** et **N.** (has fámulas tuas **N.** et **N.**) ut dignéris eos (**eas**) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eos (**eas**), et sanctífica: da eis sciéntiam veram, ut digni (**dignæ**) grátia Baptísmi tui effécti (**efféctæ**), téneant firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

10. **Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ pendentem a suo humero sinistro super primum infantem, et introducit eum (quem sequuntur ceteri) in ecclesiam, dicens:**

Pro uno vel una

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam ætérnam. **R.** Amen.

Pro pluribus

N. et **N.** Ingrédimini in templum Dei, ut habeátis partem cum Christo in vitam ætérnam. **R.** Amen.

11. **Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem, cum susceptoribus conjunctim clara voce dicit:**

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepúltus: descendit ad inferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám catholicam, Sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrecciónem, vitam ætérnam. Amen.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitoribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: sed libera nos a malo. Amen.

12. **Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit:**

Exorcismus

Pro uno vel una

Exorcízo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei + Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu + Christi Fílii ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus + Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei **N.**, quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúndem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

Pro pluribus

Exorcízo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei + Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu + Christi Fílii ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus + Sancti, ut discédas ab his plasmátibus Dei **N.** et **N.**, quæ Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiant templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eis. Per eúndem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

13. **Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod omittitur quotiescumque rationabilis adest causa munditiei tuendæ aut periculum morbi contrahendi vel propagandi), et tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit (singulariter singulis):**

Ephpheta, quod est, Adaperire.

Deinde tangit nares dicens:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare, diabole; appropinquabit enim iudicium Dei.

14. Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens (singulariter singulis):

N. Abrenuntias sathanæ?

Respondet patrinus: Abrenuntio.

Sacerdos: Et omnibus operibus ejus?

Patrinus: Abrenuntio.

Sacerdos: Et omnibus pompis ejus?

Patrinus: Abrenuntio.

Unctio Olei

15. Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens semel (singulariter singulis):

Ego te linio + oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro, ut habeas vitam æternam. R. Amen.

16. Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili.

In Baptisterio

17. Stans ibidem extra cancellos, deponit stolam violaceam, et sumit stolam albi coloris. Tunc ingreditur Baptisterium, in quod intrat etiam patrinus cum infante.

Sacerdos ad Fontem interrogat, expresso nomine, baptizandum (singulos baptizandos), patrino respondente:

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli et terræ?

R. Credo.

Credis in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, et passum?

R. Credo.

Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam?

R. Credo.

18. Subinde, expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit (singulariter singulis):

N. Vis baptizari?

Respondet patrinus: Volo.

Baptismus

19. Tunc patrino, vel matrino, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem, et eam ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte, et attente, dicit (singulariter singulis):

N. Ego te baptizo in nomine Pa + tris, fundit primo, et Fi + lii, fundit secundo, et Spiritus + Sancti, fundit tertio.

20. Ubi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem, et, advertens ne lædatur, caute immergit, et trina immersione baptizat, et semel tantum dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritus + Sancti.

21. Mox patrinus, vel matrino, vel uterque simul infantem de sacro Fonte levat, suscipientes illum de manu Sacerdotis.

22. Si vero dubitetur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N. Si non es baptizatus (-a), ego te baptizo in nomine Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritus + Sancti.

Unctio Chrismatis, etc.

23. Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

Deus omnipotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem ómnium peccatórum (**hic inungit**), ipse te líniat + Chrísmate salutis in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam. **R.** Amen.

Sacerdos: Pax tibi. **R.** Et cum spíritu tuo.

24. **Tum bombacio, vel re simili, abstergit pollicem, et locum inunctum, et imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albæ, dicens (singulariter singulis):**

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. **R.** Amen.

25. **Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam, dicens (singulariter singulis):**

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad nuptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælésti, et vivas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

26. **Postremo dicit:**

Pro uno vel una

N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum. **R.** Amen.

Pro pluribus

N. et **N.** Ite in pace, et Dóminus sit vobíscum. **R.** Amen.

27. **Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptísmum solemnem ministrante, qui tamen sale et aqua utetur a Sacerdote ad hunc usum rite prius benedictis.**

28. **Si vero sint plures baptizandi, sive masculi, sive feminæ, in catechismo masculi statuuntur ad dexteram, feminæ vero ad sinistram; et omnia pariter dicantur ut supra, in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsufflatio, crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, seu Symbolo, et ipse Baptísmus, inunctio Chrismatis, candidæ vestis impositio, atque accensæ candelæ traditio, singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, fieri debent.**

Sed pro majori commoditate adnotatum est propriis locis in rubricis parenthesi notatis; ita ut, quando dicitur in tali rubrica "singulariter singulis", intelligatur quod illa verba, vel actiones, usque ad aliam rubricam dici, vel fieri debent singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis, mutato solum genere, ut dictum est supra. Quando vero in simili rubrica dicitur "in plurali pro pluribus", intelligatur, quod illa verba usque ad aliam rubricam dici debent semel, sed pro pluribus in plurali, mutato solum genere, si omnes sint feminæ.

29. **Si infans, vel adultus ægrotus adeo graviter laboret, ut periculum immineat, ne pereat antequam Baptísmus perficiatur, Sacerdos, omissis quæ Baptísmum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens: Ego te baptízo in nómine Patris, etc., ut supra, pag. 16.**

Si non habeatur aqua Baptismalis, et periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua simplici.

Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens: Deus omnipotens, etc., ut supra, pag. 17.

Postea dat ei linteolum candidum dicens: Accipe vestem, etc., ut supra, pag. 17.

Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens: Accipe lámpadem, ut supra, pag. 17.

Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

30. **Si plures sint baptizandi, et periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: Ego vos baptízo in nómine Pa + tris, et Fi + lii, et Spíritus + Sancti. Quam tamen formam ad plures simul baptizandos solum in mortis periculo, et ubi tempus non patiat, ut singuli separatim baptizentur, alias numquam licet adhibere.**

31. **Admonendi sunt susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum baptizato; quæ cognatio impedit Matrimonium, ac dirimit.**

32. **Curet Parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi, vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum; sed eum diligenter custodiant, et opportune ad christianam disciplinam instituant.**

33. **Commonendi sunt etiam parentes, et alii, si opus fuerit, ne filios hebræis, aliisve infidelibus, vel hæreticis mulieribus ullo modo lactandos, aut nutriendos tradant.**

34. Antequam infans ex ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina, et alia de administrato Baptismo ad præscriptam formam in Baptismali libro Parochus accurate describat.
35. Si Baptismus nec a proprio Parocho nec eo præsentate administratus fuerit, minister de ipso collato quamprimum proprium ratione domicilii Parochum baptizati certiore reddat.
36. Ad collatum Baptismum comprobandum, si nemini fiat præjudicium satis est unus testis omni exceptione major, vel ipsius baptizati jusjurandum, si ipse in adulta ætate Baptismum receperit.

THE ROMAN RITUAL

TITLE II – CHAPTER 2

THE RITE FOR THE BAPTISM OF CHILDREN

The priest asks the infant (if several are to be baptized; in the singular, for individuals):

N. What do you ask of the Church of God?

The godfather (sponsor) responds: Faith.

Priest: What does Faith offer you?

The godfather (sponsor) responds: Everlasting life.

2. Priest (also in the singular for individuals):

If, then, it is life that you wish to enter, keep the commandments. Love the Lord your God with your whole heart, and with your whole soul, and with your whole mind; and love your neighbor as you love yourself.

3. He then blows gently three times on the face of the infant, saying once (in the singular for individuals):

Depart from him (her), unclean spirit, and give place to the Holy Spirit, the Consoler.

4. After that, using his thumb, he makes the sign of the cross on the forehead and on the breast of the infant saying (in the singular for individuals):

Receive the sign of the Cross on your + forehead and in your + heart. Have faith in the teachings of God, and live in such a way that from now on you may be enabled to be a temple of God.

For one male or one female

Let us pray. Prayer

O Lord, we implore Thee, in Thy kindness hear our prayers, and guard with unfailing power this Thy chosen N., who has been stamped with the seal of the Lord's cross; so that, holding fast to the first truths he (she) has learned of Thy great glory, he (she) may, by keeping Thy commandments, attain to the glory of rebirth. Through Christ our Lord.

R. Amen.

For several

Let us pray. Prayer

O Lord, we implore Thee, in Thy kindness hear our prayers: and guard with unfailing power these Thy chosen servants, N. N., who have been stamped with the seal of the Lord's cross; so that, holding fast to the first truths they have learned of Thy great glory, they may, by keeping Thy commandments, attain to the glory of rebirth. Through Christ our Lord.

R. Amen.

5. Next he places his hand on the infant's head (of individual children) and then, with his hand extended, he says:

For one male or one female

Let us pray. Prayer

Almighty and everlasting God, Father of our Lord Jesus Christ, be pleased to look upon this Thy servant, N., whom in

Thy goodness Thou hast called to be instructed in the Faith. Rid him (her) of all blindness of heart; break all the nets of Satan in which he (she) has been entangled. Open to him (her), Lord, the gate of Thy mercy so that, penetrated by the sign of Thy wisdom [salt], he (she) may be rid of the stench of all evil desires and, moved by the pleasing fragrance of Thy teachings, may joyfully serve Thee in Thy Church and daily advance in perfection. Through Christ our Lord.

R Amen.

For several

Let us pray. **Prayer**

Almighty and everlasting God, Father of our Lord Jesus Christ, be pleased to look upon these Thy servants, **N. N.**, whom in Thy goodness Thou hast called to be instructed in the Faith. Rid them of all blindness of heart; break all the nets of Satan in which they have been entangled. Open to them, Lord, the gate of Thy mercy, so that, penetrated by the sign of Thy wisdom [salt], they may be rid of the stench of all evil desires and, moved by the pleasing fragrance of Thy teachings, may joyfully serve Thee in Thy Church and daily advance in perfection. Through Christ our Lord.

R Amen.

6. **Next the priest blesses the salt. Once blessed, the salt may be used again for the same purpose.**

Blessing of Salt

O salt, creature of God, I exorcise you in the name of God the Father almighty and in the love of our Lord Jesus Christ and in the strength of the Holy Spirit. I exorcise you by the living God, the true God, the holy God, the God Who brought you into being to safeguard the human race, and commanded you to be consecrated by His servants for the benefit of those who are coming into the Faith, so that by the power of the Holy Trinity you might become a health-giving sacrament to put the enemy to flight. Therefore we beg Thee, O Lord our God, to sanctify by Thy power of sanctification this salt which Thou hast created and to bless it with Thy blessing, so that it may become a perfect medicine for all who receive it and may remain always in every fiber of their being. In the name of our Lord Jesus Christ, Who will come to judge the living and the dead and the world by fire.

R. Amen.

7. **Then he places a bit of blessed salt into the infant's mouth saying as he does (in the singular for individuals):**

N. Receive the salt of wisdom. May it win for you mercy and forgiveness, and life everlasting.

R. Amen.

Priest: Peace be with you.

R. And with your spirit.

For one male or one female

Let us pray. **Prayer**

God of our fathers, God the Author of all truth, we humbly implore Thee to look with favor on this Thy servant, **N.**, and grant that he (she) who is now tasting this salt as his (her) first nourishment may not hunger much longer before he (she) is given his (her) fill of heavenly food, so that he (she) may always be ardent of soul, rejoicing in hope, and ever loyal to Thy name. Bring him (her), O Lord, we ask Thee, to the font of the new birth, so that in company with Thy faithful servants, he (she) may gain the eternal rewards that Thou hast promised. Through Christ our Lord. **R.** Amen.

I exorcise you, unclean spirit, in the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit. Come forth, depart from this servant of God, **N.**, for He commands you, spirit accursed and damned, He Who walked upon the sea and extended His right hand to Peter as he was sinking.

Therefore, accursed devil, acknowledge your condemnation and pay homage to the true and living God; pay homage to Jesus Christ, His Son, and to the Holy Spirit, and depart from this servant of God, **N.**, for Jesus Christ, our Lord and God, has called him (her) to His holy grace and blessing, and to the font of Baptism.

For several

Let us pray. **Prayer**

God of our fathers, God the Author of all truth, we humbly implore Thee to look with favor on these Thy servants, **N. N.**, and grant that they who are now tasting this salt as their first nourishment may not hunger much longer before they

are given their fill of heavenly food, so that they may always be ardent of soul, rejoicing in hope, and ever loyal to Thy name.

Bring them, O Lord, we ask Thee, to the font of the new birth, so that, in company with Thy faithful servants, they may gain the eternal rewards that Thou hast promised. Through Christ our Lord. **R.** Amen.

I exorcise you, unclean spirit, in the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit. Come forth, depart from these servants of God, **N. N.**, for He commands you, spirit accursed and damned, He Who walked upon the sea and extended His right hand to Peter as he was sinking.

Therefore, accursed devil, acknowledge your condemnation and pay homage to the true and living God; pay homage to Jesus Christ, His Son, and to the Holy Spirit; and depart from these servants of God, **N. N.**, for Jesus Christ, our Lord and God, has called them to His holy grace and His blessing, and to the font of Baptism.

8. **Here, using his thumb, the priest signs the infant on the forehead, saying (in the singular for individuals):**

Then never dare, accursed devil, to violate this sign of the holy cross + which we are making upon his (her) forehead. Through Christ our Lord.

R. Amen.

9. **Next he places his hand on the head of the infant (of individual children) and then, with his hand extended, he says:**

For one male or one female

Let us pray. **Prayer**

O holy Lord, almighty Father, eternal God, Source of light and truth, I ask for this Thy servant **N.**, Thy fatherly love, eternal and most just, so that Thou mayest be pleased to enlighten him (her) with the light of Thy understanding. Cleanse and sanctify him (her); grant him (her) true knowledge, so that he (she) having been made fit for the grace of Thy Baptism, may retain unwavering hope, true judgment, and sacred teaching. Through Christ our Lord. **R.** Amen.

For several

Let us pray. **Prayer**

O holy Lord, almighty Father, eternal God, Source of light and truth, I ask for these Thy servants **N. N.**, Thy fatherly love, eternal and most just; so that Thou mayest be pleased to enlighten them with the light of Thy understanding. Cleanse and sanctify them; grant them true knowledge, so that they, having been made fit for the grace of Thy Baptism, may retain unwavering hope, true judgment, and sacred teaching. Through Christ our Lord. **R.** Amen.

10. **After this, the priest places the end of the stole which hangs from his left shoulder upon the infant, and leads the first infant (whom the rest follow) into the church, saying:**

For one male or one female

N. Enter the temple of God, so that you may take part with Christ in everlasting life. **R.** Amen.

For several

N. N., enter the temple of God, so that you may take part with Christ in everlasting life. **R.** Amen.

11. **When they have entered the church, the Priest, proceeding to the Font, with the sponsors joined with them, in a clear voice says:**

I believe in God, the Father almighty, creator of heaven and earth; and in Jesus Christ, His only Son, our Lord; who was conceived by the Holy Ghost, born of the Virgin Mary, suffered under Pontius Pilate, was crucified, died, and was buried. He descended into hell; the third day He arose again from the dead; He ascended into heaven; and sits at the right hand of God, the Father almighty; thence He shall come to judge the living and the dead. I believe in the Holy Ghost, the Holy Catholic Church, the communion of saints, the forgiveness of sins, the resurrection of the body, and life everlasting. Amen.

Our Father, who art in heaven, hallowed be Thy name; Thy kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread; and forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us; and lead us not into temptation, but deliver us from evil. Amen.

12. And then, before he arrives at the Baptistry, with his back turned toward the entrance of the Baptistry's grating, says:

Exorcism

For one male or one female

I exorcise you, every unclean spirit, in the name of God the Father almighty, and in the name of His Son, Jesus Christ, our Lord and Judge, and in the strength of the Holy Spirit, that you may depart from this creature of God, **N.**, whom our Lord has called to His holy temple in order that he (she) may become a temple of the living God and that the Holy Spirit may dwell in him (her). Through Christ our Lord, Who will come to judge the living and the dead and the world by fire. **R.** Amen.

For several

I exorcise you, every unclean spirit here, in the name of God, the Father almighty, and in the name of His Son, Jesus Christ, our Lord and Judge, and in the strength of the Holy Spirit, that you may depart from these creatures of God, **N.**, whom our Lord has called to His holy temple in order that they may become temples of the living God and that the Holy Spirit may dwell in them. Through Christ our Lord, Who will come to judge the living and the dead and the world by fire. **R.** Amen.

13. After this, the priest takes saliva from his mouth with his thumb (the use of salive in touching the ears and nostrils of the infant may be omitted for a reasonable cause, to safeguard cleanliness or to avoid the danger of contracting or spreading disease, so that in such a case the prescribed touching with its formula is omitted) and he touches the ears and nostrils of the infant. While he touches the ears, first the right, then the left ear, he says (in the singular for individuals):

Ephpheta, which means "Be opened,"

He then touches the nostrils, saying:

So that you may perceive the fragrance of God's sweetness. But you, O devil, depart; for the judgment of God has come.

14. Next he questions the one to be baptized, addressing him by name (in the singular for individuals).

N. Do you renounce Satan?

The godfather (sponsor) responds: I do renounce him.

Priest: And all his works?

The godfather (sponsor): I do renounce him.

Priest: And all his display?

The godfather (sponsor): I do renounce it.

Anointing with Oil

15. Dipping his thumb in the oil of catechumens, the priest anoints the infant on the breast and between the shoulders, making the sign of the cross and saying once (in the singular for individuals):

I anoint you with the oil of salvation, in Christ Jesus our Lord, so that you may have everlasting life. **R.** Amen.

16. He then wipes his thumb and the anointed places with cotton or with something similar.

In the Baptistry

17. While standing there at the entrance to the baptistry, he takes off the violet stole and replaces it with a white one. He then enters the baptistry, with the sponsors and the infant.

The priest asks at the Font of the infant to be baptized (infants to be baptized), with the name expressed, and the sponsor replies:

N. Do you believe in God, the Father almighty, Creator of heaven and earth?

R. I do believe.

Do you believe in Jesus Christ, His only Son, our Lord, who was born into this world and suffered for us? **R.** I do believe.

And do you believe in the Holy Ghost, the Holy Catholic Church, the communion of saints, the forgiveness of sins, the resurrection of the body, and life everlasting.

R. I do believe.

18. Then, addressing the candidate for baptism by name, the priest says (in the singular for individuals):

N. Do you wish to be baptized?

The godfather (sponsor) responds: R. I do.

Baptism

19. Then, while either the godfather or godmother (or both) holds the infant, the priest takes baptismal water in a vessel or pitcher and pours it three times on the head of the infant in the form of a cross. At the same time, he pronounces the following words, once only, distinctly, and attentively (in the singular for individuals):

N., I baptize you in the name of the Father, + (he pours the first time) and of the Son, + (he pours the second time) and of the Holy + Spirit (he pours the third time).

20. Moreover, when there is a custom of baptizing by immersion, the priest takes up the infant, and, taking care lest he do any injury, carefully immerses the infant, and baptizes it with a triple immersion, and only once says:

N. I baptize you in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit.

21. Then the godfather, or godmother, or both at the same time lift the infant from the sacred Font, taking him from the hand of the priest.

22. Should there be doubt whether the infant has been previously baptized, the following formula is to be used:

N. If you are not baptized, I baptize you in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit.

Anointing with Chrism, etc.

23. Then the priest dips his thumb in the sacred chrism and anoints the infant on the crown of the head in the form of a cross, saying as he does (in the singular for individuals):

May almighty God, the Father of our Lord Jesus Christ, Who has given you a new birth by means of water and the Holy Spirit and forgiven all your sins, anoint you with the Chrism of salvation in Christ Jesus our Lord, so that you may have everlasting life. Amen.

Priest: Peace be with you.

R. And with your spirit.

24. Then with cotton or something similar he wipes his thumb and the place anointed. The priest places upon the head of the baptized infant the white linen cloth in place of the white garment, as he says (in the singular for individuals):

Receive this white robe and carry it unstained to the judgment seat of our Lord Jesus Christ, so that you may have everlasting life. R. Amen.

25. After this the priest gives a lighted candle to the infant or to the sponsor, saying (in the singular for individuals):

Receive this lighted candle, and keep your Baptism above reproach. Keep the commandments of God, so that when the Lord comes to His marriage feast you may meet Him in the halls of heaven with all His saints, and may live with Him forever. R. Amen.

26. In conclusion, he says:

For one male or one female

N. Go in peace, and may the Lord be with you.

R. Amen.

For several

Go in peace, N. N. and may the Lord be with you. R. Amen.